ante templum· ubi sacerdotes & ministri altaris lauabant ma
nus cum ingrederentur sanctuarium domini· Ita mare aeneum id est con
fessionem uerae fidei uel etiam confessionem delicti· siue sacrae
scripturae doctrinam super humeros xii posuit apostolorum· quo
rum doctrina omnes inbuti fideles· per confessionem uerae fidei
& penitentiam delictorum· ab omnibus mundentur sordibus
digni efficiantur ad aeternam sanctam domini sui introire & regni cae
lestis gaudia possidere· xii namque portae sanctae erant ciuita
tis hierusalem· per quas introibant & egrediebantur omnes
manentes & uenientes in eam· Ita xii apostoli portae sunt ciuita
tis hierusalem· per quorum predicationem & doctrinam omni
bus undique uenientibus in sanctam ecclesiam patefactae sunt por
tae regni caelestis· quibus etiam data est potestas & succes
soribus eorum· in ecclesia ligandi & soluendi in caelo & in ter
ra· Ut quoscumque per culpam ligauerint in terra· ligati erunt
in aeterna tormenta· Quoscumque autem soluerint confiten
tes & penitentes peccata sua· soluti erunt in caelo· Omnium
hic remissione peccatorum percepta· Ad aeternae beatitu
dinis gaudia eorum praecibus adiuti per dei gratiam peruenire
mereantur· Eius adiutorio & uoluntate qui fecit omnia·
& per quem facta sunt omnia quae sunt caelestia & terrena·
uisibilia & inuisibilia· qui est rex regum & dominator
omnium· Regnans sine initio & sine fine· deus uerus· solus
omnipotens· per omnia saecula saeculorum amen· IN NOMINE
DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI· IN HOC CODICE CONTINENTUR EX
PLANATIONES EXCARPSATAE LECTIONUM SEU EPISTOLARUM
DOMINICIS DIEBUS· SEU FESTIUITATIBUS NECNON ET FERIIS
A UIGIL NATAL DOMINI HORA NONA USQUE IN ASCENSA DOMINI
INDE PARS PRIMA IN UIGIL NATAL DOMINI DE NONA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0010